


Carl Gottlob Hofmann

**De Consvltatione Dei Cvm Angelis De Condendo Homine Ad Gen. I, 26. : In
Vigiliis Fest. Angelorum A. R. S. MDCCLXII**

Wittebergae: Prelo Ephraim Gottlob Eichsfeldi[i] Academiae A Typis, [1762?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862202434>

Druck Freier  Zugang





a. B.
48. b. 11.

65

480

Fa-1092 (65.)

1. Winckler (Jon. Dieterici) ^{analecta ad historiam Coy-} 14. Taber, de dubio Iuris nat. lumine cum lumine spiritus sancti comparato.
2. Schott (Christoph. Frid.) de historia dogma- 15. Reusius, de ecclesia Lutheranica.
3. Bathe (Jon. Aug.) de difficultate rei 16. Heilmann, de commodis ex sacrorum litte- rum studio ad philosophiam redundantibus.
4. Telles (Wilk. Ströh.) episcopi scripturae. 17. Foersterichius, de possibilitate revelationis divinae.
5. Kessler (Jon. Baptist.) Georgii Calixti 18. Sutfletti, de iustitia confessionis, de iur- ab emendatione studiorum academicorum jur necessitate traditionum ex Math. 19. pugnantibus etc.
6. Christus magnus omnium pastor a 19. Pfeiffer de pontificiorum evang. ca ve- mortuis rediit. tarum et recentiorum traditionum origine et auctoritate non divina sed nec humana.
7. Christus magnus omnium pastor a 20. Kierling, de Leontio Episcopo Antiocheno doctrinae ecclesiasticae Rost. 2.
8. (Friedrich Samud) Zickler de intercessio- 21. Tatarian, de lege ceremoniali.
9. Weise (Wilk. Fried.) de scientia Dei 22. eundem, de lege divina et speculatione de lege naturali.
10. Müller de notione illa, animam mortuis 23. Hoffmann, de Iuris N.T. 2. Sect. 2. 9-13. et Iudae 28-30 per continuam analogi- sic et hysp. h. v. expenduntur.
11. Müller (Jon. Keph.) de generibus, cum 24. Cotta, de nouissimis speculatione de morte naturali.
12. Angelinus (Jon. And.) exercitatio 25. eundem, de nouissimis speculatione de resurrectione meretricem.
13. Frommann (Erlod. And.) disputatio 26. Hoffmann, de concubio typico Salomonis cum filia Pharaonis.
14. Angelinus (Jon. And.) exercitatio 27. eundem, de consultatione Dei cum angelis de conc. endo. Romine ad 2. Cor. 1. 26.
15. Frommann (Erlod. And.) disputatio 28. Weichmann, miraculum Jesu & vita Lazari in vitam nobilitatum a cri- minationibus philosophi nouissimi.
16. Müller (Jon. Keph.) de generibus, cum 29. eundem, de Jesu Deo et homine etc.
17. Angelinus (Jon. And.) exercitatio 30. eundem, paradisi N.T.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

- 31.) Hinderburg, prooemium animadversionum
philologicarum vaticarum etc.
- 32.) Graber, de dissonantiarum nomine so-
cello et culta praefaty.
- 33.) Hoffmann, de officiis humanitatis eorum
obligatione.
- 34.) Bel, de Offone II. Gargisio etc.
- 35.) Leisner, de ritum antiquorum investiga-
tionem non esse esse legem.
- 36.) Krigel, de Theophrasto optimo Padi
coniugalis magistro ad superiorem
rotationem Theophrasti editionem.
- 37.) Schroentius, de physica et civitate the-
logia.
- 38.) Clodius, praefata eloquentia Romanae.
- 39.) Nagelius, privilegium vitae Eliae
Leuitae germanicum patricium
libricius Chasford et Hammsford
complectens.
- 40.) eisdem. de libris Chasford et Hammsford.
- 41.)
- 42.) Wallius, de rusticitia Dei.
- 43.) Nagelii, de amphosium iudicanda-
rum difficultate.
- 44.) Bret, abiaratio I. Petri Iannoni etc.

DE
CONSULTATIONE DEI
CVM ANGELIS
DE CONDENDO HOMINE
AD GEN. I, 26.

IN VIGILIIS FEST. ANGELORVM

A. R. S. MDCCLXII

A N Q V I R I T

D. CARL GOTTLOB HOFMANNVS

S. S. TH. PROFESSOR PRIMARIVS SVPERINTEND.

GENERAL. ETC.



WITTEBERGAE
PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS.

DE
CONSULTATIONE DEI
CVM ANGELIS
DE CONDENDO HOMINE
AD GEN. I. 26.

IN VIGILIIS FEST. ANGELORVM

A. D. 1722

A. N. G. V. I. T.

D. CARL GOTTLOR HOFFMANNVS

S. S. THE. PROFESSOR PRIMARIVS SPERINTEND.

GENERAL. ETC.



WITTEBERGAE
BIBLIOTHECAE CAROLINAE
ACADEMIAE A. TYPIS



B. c. D.

DE CONSULTATIONE DEI
CVM ANGELIS
DE CONDENDO HOMINE

AD GEN. I, 26.



lures vna esse in Deo personas, inde ab
vltimis temporibus doctores ecclesiae
Christianae confirmare studuerunt ex
consultatione, quam de condendo ho-
mine instituit creator huius vniuer-
si, teste historia creationis a Mose literarum monu-
mentis prodita Gen. I, 26. Vt veneranda nomina
horum virorum de sacris Christianorum meritissimo-
rum citemus, opus non est, quia decus academiae
nostrae nunquam interiturum, magnus CALOVI-

A 2

VS,

41.

28 41.

29 41.

30

31 41.

32

33

34

35

36



vs, a) ea diligentissime conquisiuit atque recensuit, vt HVGONIS GROTII opinionem iudaizantem ab ecclesiae purioris consensu abhorrere doceret. Nescio autem, qui factum fuerit, vt obliuisceretur TERTVLLIANI, b) qui diu ante caeteros fere omnes egregie consultationem illam diuinam contra Praxeam allegauerat, et personarum in vna essentia diuina pluralitatem, vel, vt ait TERTVLLIANVS, trinitatem vnius diuinitatis, c) inde probare fategerat. *Si te adhuc, inquit, numerus scandalizat Trinitatis quasi non connexae in vnitae simplici, interrogo, quomodo vnus et singularis pluraliter loquitur, Faciam hominem ad imaginem et similitudinem nostram, cum debu-erit dixisse, Faciam hominem ad imaginem et similitudinem meam, vtpote vnus et singularis?* Argumenti huius vim toties expositam, et in ter facta numeri pluralis cum nomine diuino אלהים coniunctione fundatam, nunc non vrgebo: Nec quae de magnarismo vulgo sic dicto a GROTIIO, MERCERO, WOLZOGENIO, multis Rabbiniis, aliisque conficta prostant, pluribus attingam: Sed veterem illam Iudaeorum opinionem, cuius TERTVLLIANVS sua etiam aetate meminit, d) denuo excutiam, cum eam ab auctore anonymo scripti *de homine integro et corrupto* Lipsiae an. MDCC LIII. editi e) repetitam, et nouo habitu vestitam orbis Christianorum miretur, nec immerito.

Vt Iudaei plerique declinent vim veritatis ex al-lega-

a) In Bibl. Illustrat. Tom. I. p. 219.

b) L. aduersus Praxeam. c. XII. p. 500. edit. Pamel.

c) Libr. de pudicitia c. XXI. p. 619. edit. Pamel.

d) L. c. p. 500.

e) Integer libri titulus est: Homo integer et corruptus secundum oracula sacra, Liber I. in quo historia primorum hominum atque daemorum malorum consideratur.



legatis Mosis verbis depromptam, asserere haud verentur, Deum vel cum elementis, vel cum brutis, vel, quod ipsis maxime placet, cum angelis collocutum esse et de creatione hominis cum his consilia cepisse. Prouocant ad consilium illud vigilum sanctorum, quod Daniel celebrat c. IV, 14. quod GROTIUS etiam cum Iudaeis de angelis maioris ordinis accipiens, frigidam opinioni Iudaicae affundit, et testimonium de pluralitate diuinarum personarum ex hoc Danielis effato sumtum infringit. Quemadmodum enim cum angelis Deum consultationem habuisse de Nebucadnezare, sic etiam cum sanctis his spiritibus eum consultasse olim de homine creando existimant. Sed theologi dudum satisfecerunt pessimae huius effati Danielis deprauationi, et per consilium vigilum sacrosanctam triadem intelligi debere, diuinasque personas etiam de Nebucadnezaris fato collocutas inuicem esse consiliaque cepisse, idoneis rationibus affirmarunt. Petunt igitur principium, vt logicorum dictionem sequamur, qui ex Danielis oraculo verba Mosis de angelis interpretanda iudicant, quia Daniele de consultatione Dei cum angelis egisse adhuc disputatur, et eodem iure, quo prius, negatur atque pernegatur.

Iudaicae opinioni olim calculum adiecit SATVRNILVS, famosus iste sectae inconditae auctor, de quo EPIPHANIUS refert, f) quod, vt a Deo creatum esse hominem negaret facilius, verba in historia Mosis impie corruerit, eaque angelorum hominem imperfectum procreantium, non Dei creatoris, esse con-

A 3

tende-

f) In Ancorat. Haeref. XXIII. p. m. 62.

41.
28 42.
29 43.
30
31 44.
32
33
34
35
36



tenderit: Τατα χάριν εισηκεναι Φησι τας Αγγελος δραματρεγμα
 ο αυτος γους, ποισωμεν ανθρωπον κατ' εικονα και καθ' ομοιωσιν:
tum demum impostor ille velut in scena ita inuicem an-
gelos locutos introducit, Faciamus hominem ad imagi-
nem et similitudinem. Astute autem omisit Saturnilus
 pronomen *nostram*, et angelos incepisse quidem ho-
 minis perfecte boni creationem, sed imbecillitate sua
 impeditos opus coeptum perficere non valuisse, teme-
 re finxit. Arianos et Photinianos similem tenuisse er-
 rorem, Deumque cum angelis collocutum esse in iis,
 quae nunc tractamus, verbis Mosis, nonnulli asseue-
 rant, et ad disputationem in Concilio Nicaeno atque
 Syrmientiensi habitam prouocant. Quod etsi praefra-
 cte non nego, tamen ex Syrmientis Synodi decre-
 tis et canonibus intelligo, Photini asseclas huc refe-
 rendos non esse, quippe qui verba Mosis de col-
 loquio Dei secum ipso instituto exposuerunt. Et-
 enim, vt narrat SOCRATES, g) patres Syrmienteses
 edixere: *Ει τις το ποισωμεν ανθρωπον, μη τον πατερα προς*
τον υιον λεγειν, αλλα αυτον προς εαυτον λεγοι τον Θεον εισηκεναι,
αναθεμα εστω: Si quis illud, faciamus hominem, non pa-
trēm dixisse ad filium, sed ad semetipsum locutum esse
Deum asserit, anathema sit. Itaque de angelis Photi-
 nus verba Mosis nequaquam intellexit, sicut ne rediui-
 uus quidem Photinus, FAVSTVS SOCINVS, h) de an-
 gelis intellecta eadem voluit, *non asserimus*, inquit,
Deum cum angelis locutum esse, neque VAL. SMALCIVS.
 E contrario easdem cum Iudaeis tibus infant caeteri
 Vnitarii plerique, quorum e numero WOLZOGENI-
 VM nunc produco, quippe qui in libro famosissimo, i)
 quo

g) Hist. Eccles. Libr. II. c. 30. p. 123. edit. Valef.

h) In fragment. p. 84.

i) L. *Christliche Unterweisung, wie dieienigen Oerter, H. Schrift Alten und*



quo omnia dicta V. et N. T. pro Trinitatis mysterio a Christianis haftenus allata in peruersum sensum detorquere studuit, tentauit omnia, vt pluralitatem diuinarum personarum ex Gen. I, 26. demonstrari non posse, euinceret. Vrget ideo vulgatum illud, Deum honoris causa in numero plurali de se vno loqui ac se cum ipso deliberare. Cum vero animaduertat, verba Mosis prodere nimis aperte colloquium cum aliis, tandem ad angelos confugit, et cum his de creatione hominis Deum deliberasse existimat. Cui si obicitur, loqui Deum cum his, ad quorum similitudinem et imaginem homo condendus erat, sed ad angelorum imaginem hominem non esse conditum, constare inter omnes, quid prohibet, regerit WOLZOGENIVS, k) quo minus hominem etiam ad angelorum similitudinem et imaginem creatum dicamus, cum homo aequae vt angeli ratione et dominio in creaturas, tanquam praecipuis imaginis diuinae partibus, polleat. Homo igitur, si WOLZOGENIO credimus, ad imaginem et Dei et angelorum creatus est.

Quam opinionem auctor anonymus supra allegatus suam facere non dubitat, etsi de Trinitate sacrosancta nullus haesitet, sed eam candide profiteatur, nec cum Socinianis pluralitatem personarum diuinarum impugnare velit. Accipite eius sententiam. Ebraeam vocem אלהים esse nomen appellatiuum et Dei et angelorum et hominum principum: illum propter excellentiam summam dici Elohim, hos propter dignitatem inferiorem. Cap. I. §. II. Prima aetate Deum nominatum esse אלהים, sequiori autem compendii causa אלהים omisso אלה probabile censet. Deum, et quidem Filium, Gen.

Neuen Bundes, welche die heutigen Christen insgemein zu Behauptung der drey Personlichkeit des einigen und allein wahren Gottes mißbrauchen, Schriftmaessig zu verstehen sey. Im Jahr 1684. 4. k) l. c. p. 9.

41.
28 41.
29 41.
30
31 41.
32
33
34
35
36
37
38
39
40



Gen. I, 26. loqui certum esse, loqui autem non solum cum Patre et Spiritu, sed et cum angelis, quos putat eodem, quo tres diuinae personae, nomine אלהים comprehendendi. Ad Dei et angelorum *imaginem* creatum esse hominem, h. e. animam hominis immortalem esse, intellectu et voluntate praeditam: nam in hac immortalitate imaginem Dei quaerit, sed hominis cum Deo et angelorum *similitudinem* in dominio ac potestate in alias creaturas. Addit denique, verba sequenti versu 27. obuia sic esse conuertenda: *Et condidit genitorum imperator hominem ad imaginem suam, ad imaginem numinum condidit eum, marem feminamque condidit eos.* 1) Ex his constat, anonymum affirmare serio, Deum creatorem collocutum esse cum angelis, aequae ac cum diuinis personis, protoplastosque nostros et ad Dei et ad angelorum imaginem formatos esse.

Multa profecto sunt, quae in hac verborum Moſis expositione, Socinianis haud ingrata quidem, sed asterisco notanda veniunt, paucis pro instituti ratione refutanda. Hominem ad angelorum imaginem conditum esse, caret omni testimonio Scripturae, quippe quae semper ad Dei similitudinem hominem conformatum sistit. Gen. I, 27. II, 7. IX, 6. Paullus apostolus nos *κατα Θεου* creatos esse affirmat, Eph. IV, 24. angelorum nequaquam meminit, nec hos sub nomine *Θεο* in numero singulari adhibito comprehendere potest. Nullibi renouari iubemur ad angelorum similitudinem, sed ad Dei ipsius et Christi. Cum itaque tota scriptura ignoret, ad angelorum imaginem creatum esse hominem, nec vllibi renouationem ad imaginem angelorum praecipiat, figmenta, quaeso, Iudaeorum et Socinianorum in orbem ne reuocemus, sed sacris paginis

1) C. II. §. II. p. 61.



nis praecise adhaereamus. Ratum, non responsionem meretur SMALZIVS *m*) dum facile fieri posse existimat, ut qui ad imaginem Dei creatus, etiam ad angelorum imaginem creatus sit, *cum enim imago Dei consistat in ratione vel in imperio, vel in utroque simul, quid conuenientius est, quam hominem creatum esse dici ad angelorum imaginem, cum et ipsi non minus ratione et mente sint praediti et imperium habeant.* Cum his SMALZII assertis anonymus iste maximam partem consentit. Errat autem SMALZIVS vehementer, si in rationis et dominii dono imaginem diuinam constituisse iudicat, etenim formam imaginis diuinæ stricto sensu et biblico dictae, cum aliqua spirituum similitudine physica turpiter confundit. Homo adhuc gaudet et sana ratione et dominio in creaturas, Gen. IX, 2. sed diuina imagine caret. Homo nondum renatus et ratione et imperio pollet, nec tamen ad Dei imaginem renouatus dicitur, est enim et manet vetus homo, *ανθρωπος ψυχικος.* I. Cor. II, 14. Et ex Eph. IV, 24. discere debuisset SMALZIVS, quibus in rebus imago diuina sit quaerenda, nempe *εν δικαιοσυνη και οσιωτητι της αληθειας,* non in physica spirituum similitudine, neque in sana ratione, nec in dominio. Paucis, imago Dei non in substantia animae humanae, nec in quauis concreata animae humanae proprietate post lapsum in homine adhuc manente, est quaerenda, alias enim cessaret omne renatorum et nonrenatorum discrimen, quippe et hi et illi aequo iure ad imaginem Dei renouati essent censendi, quia utriusque et ratione et dominio utuntur. Absit, ut cum PERERIO, VRSINO, BVCANO, et aliis, imaginem Dei in natura rationis compote, vel in animae substantia incorporea et immortalis, sitam putemus: aliud enim est animae humanae substantia, aliud

B

imago

m) In Refut. thes. Schopper. p. 8.

41.

28.

42.

29.

43.

30.

31.

44.

32.

33.

34.

35.

36.



imago Dei, in anima renouanda atque restituenda. Col. III, 10. Quemadmodum vero in definienda diuinæ imaginis natura errat SMALZIUS cum tota Socinianorum turba, sic etiam male colligit a similitudine angelorum et hominum ad imaginis Dei æqualitatem. Finge, imaginem hanc in animæ ratione et imperio consistere: da etiam, angelos æque ac homines ratione et dominio gaudere: sequiturne, hominem ad angelorum imaginem esse creatum ideo, quia homo ratione et dominio gaudet æque ac angelus, et in his magna hominum est et angelorum similitudo? minime, nam imago non esset alterius imago dicenda, sed vtraque Dei tanquam prototypi. Angeli haberent eandem imaginem Dei, quam habent homines, sed vtrorumque imago esset Dei. Igitur ex angelorum cum hominibus similitudine concludi non potest, homines ad angelorum imaginem conditos esse.

Deum creatorem in consultatione de homine condendo non loqui cum angelis, confirmatur porro, quia illos, qui opus creationis perfecerunt, et hominem crearunt, alloquitur. Angeli neque hoc vniuersum in genere, neque hominem in specie crearunt, igitur ad illos אלהים non sunt referendi, qui hominem ex puluere terræ diuina sua potentia efformarunt, neque ad illos diuinum decretum נַעֲשֶׂה, *Faciamus*, pertinet. Equidem non ignoro, auctorem anonymum *n*) affirmare, angelos in opere creationis Deo suas præstitisse operas, et ex atomis a Deo procreatis corpora confinxisse diuersa et varia, nec ideo tamen creatores esse salutandos. At enim vero quam falsum et periculosum hoc sit assertum, vel ignorauit, vel non satis intellexit. Quod si ex historia ecclesiæ repetiisset, quam

dete-

n) l. c. p. 40.



detestandos errores opinio Platonizantium, qui opus creationis Deum inter et angelos diuiserunt, et angelos Deo socios in productione huius vniuersi dederunt, genuerit, nunquam ausus esset, angelos creatoris socios dicere, nec ministros creationis, operis, etsi creatoris. Non sufficit, testari auctorem, se veterum Iudaeorum et Platoniorum figmenta repudiare, (L. II. §. 5. p. 40. 41.) praestitisset enim, fontem, unde illae erroneae opiniones promanarunt, obstruere. Solius Dei praepotentis opus est creatio, nec alius esse potest, ideo quod infinitae et immensae virtutis opus est. Sacrae literae solum Deum nobis ostendunt creatorem coeli et terrae, Gen. I, 1. Ebr. III, 4. Esa. XLIV, 24. Angelorum neque a Mose in historia creationis, neque ab alio θεοπνευστω viro facta est mentio, quae certe fieri debuisset, si coelestes genii manus adiutrices creatori praebuissent: Et, quod maxime notandum est, apud Mosen in tota historia creationis tam altum est silentium de angelis, vt ne quidem dies, quo sancti hi spiritus creati sunt, ex ea definiri possit, etsi dubium non sit, intra hexaëmeron eos a Deo creatos esse. Laudasse stellas matutinas coelestes creatorem, testatur Deus ipse, Hiob. XXXVIII, 7. sed creasse quicquam, et atomos, nescio quos, per certas formas et figuras disposuisse, ex ingenio fingitur, omnique testimonio destituitur. Sed, si fictionibus licebit in re historica indulgere, actum erit de omni veritate historica. Fictiones quid in historia creationis efficiant, BURNETIANA ET WHISTONIANA somnia dudum docuerunt.

Cum angelis Deum de condendo homine non consultasse, docet etiam executio huius consilii, id est, ipsa hominis formatio a Mose qua singulas circumstantias



descripta, Gen. II, 7. -- 25. Si quis locus est, ubi Moyses angelos ex atomis anonymi nostri animam hominis et corpus formantes, suumque, quod cum Deo cepisse credit, consilium exsequentes, nobis exhibere et potuisset et debuisset, certe hic est, quem citamus. Sed angelorum nulla ibidem mentio, omnia vero et singula adscribuntur Deo Iehouae. Nouies in hac de hominis creatione historia c. II. nominatur summus יהוה, huicque soli efformatio corporis e puluere terrae et insufflatio spiraculi vitae tribuitur. Nimis audax esses, si scripturae quicquam adderes iis in locis, ubi de rebus, quae ex sola diuina reuelatione constant, agit. Ac ne forte diuinum nomen אלהים, de quo mox plura, trahatur eo, ut alios spiritus eminentiores creatos, quos numina vocat anonymus, hoc simul connotari putemus, summa mentis attentione tenendum est, quod singulis illis nouem conmatibus nomen Dei proprium et essentiale יהוה cum nomine אלהים immediate et sine ulla variatione coniungatur, hominisque creator nouies יהוה אלהים salutetur, scilicet, ut quiuis intelligat, summum Iehouam esse אלהים illum Deum, qui hominem creauit, tres scilicet personas diuinas, unum יהוה vel unam essentiam diuinam constituentes.

Atque sic euanescent, quae auctor anonymus de nomine יהוה in medium protulit, ut Deum filium non modo cum duabus diuinis personis, sed et cum angelis de condendo homine consultasse facilius ostenderet. Et si enim ipsi concederentur omnia, de ellypsi vocis אלה (quae vero ex Deut. X, 27. Pf. 136, 2. inuicte confutatur,) in appellatione אלהים cum aliis fingit, fingi autem e propria eius confessione constat, *Quid ergo initio significauit Elobim? Nescimus, nulla super-*
sunt



sunt monumenta libris Mosis antiquiora: o) tamen inde nihil aliud, quam quod vox Elohim sit numeri pluralis, concludi potest, et quod Deus in verbis citatis cum pluribus loquatur, quod utrumque nunc in lite non est positum. Etsi porro daretur, Elohim interdum angelos in sacro codice appellari, inde nondum sequitur, ut etiam in verbis saepe citatis per Elohim angeli sint intelligendi, cum primis, quod neque in antecedentibus, neque in consequentibus geniorum coelestium mentio fiat, nec angelis hominis creatio attribuat, quippe quos ad opus creationis nullo modo concurrisse, silentium Scripturae abunde testatur.

Quae anonymus de atomis angelorum opera diuersimode dispositis atque formatis nimia confidentia asserit, ne minimam quidem veri speciem prae se ferunt. Sic igitur, inquit, totius rei imaginem animo concipio. Quasi liceret, in historia creationis pro lubitu sine Mosis testimonio concipere quid et fingere. Conditis p) geniorum copiis, summus eorum imperator, Dei filius, sapientissimum optimumque cum patre et Spiritu S. inuit consilium de reliquis huius uniuersi atomis confuse adhuc coacernatis, tam distincte et ordinate disponendis, ut hoc coelum et haec terra inde fierent. Itaque Spiritus S. incipit opus, commouet molem diuina virtute. Imperator copiis suis imperat, sed ubinam hoc a Mose narratur? ut accingant se operi, ut ad nutum parati omnia ea sedulo exequantur, quae iussi fuerint, ut secundum primas lineas, quas ipse summus architectus duxisset, aedificium huius orbis ex praeparata iam materia extrinatur. En somnia Philonis Iudaei, Basilidis, Saturnili, vel si recentiora mauis, Zinzendorffii, vigilantibus oblata, et ad opificiorum humanorum leges modosque conformata. Quasi summus architectus uniuersi sociis auxiliisque

o) Cap. III. §. 3. p. 33.

p) Cap. II. §. VII. p. 45.



liisque opus habuisset, quorum opera in atomis expo-
 liendis et figura induendis vteretur. Cuncta haec *αρετ*
γαφης dicta, ceu *αγγεφα* eadem, qua proferuntur, faci-
 litate reiiciuntur. Audiamus porro, quo modo ano-
 nymus concipiat suo quidem animo, ut loqui amat,
 opus creationis diei sexti: etiam Theologi alias non sit-
 rem et historiam sacram fingere et refingere, sed testi-
 monia Scripturae sequi vbique, hisque unice insistere.
Prodit imperator magnus, comitatus a legato suo, Spi-
ritu S. Noua figmenta? S. Spiritus in creatione ha-
 betur legatus imperatoris magni, qui imperatorem,
 an quaeſo vt dominum, comitatur. Vnde hoc pro-
 babitur? *Alloquitur suum exercitum: Faciamus, inquit,*
hominem. Quo ruitis? Creator alloquitur patrem,
 Spiritum S. et genios coelestes, hos enim per
 אלהים intellectos vult anonymus. Tunc patrem et S.
 Spiritum ad exercitum filii Dei referes? Immo vero
 etiam huic suo exercitui imperasse imperatorem addit.
Imperator iubet, quid fieri velit, dicit quid sit factu-
rus, --- Facta sunt omnia, quae fieri debebant, reli-
quum est, ut homo fabricetur. Iubet imperator, sed
 cui? exercitui suo אלהים. Quis exercitus hic? numi-
 na, *σεβασμια*, Pater, Spiritus S. et angeli. Haecine tu a
 theologo doctore expectasses. Et quam falsa sit ver-
 sio commatis 27. a nobis supra allata, statim in oculos
 incurrit, dummodo vnum hoc spectaueris, quod vox
 Elohim nunc creatorem nunc numina denotare iube-
 atur eodem in sermone. Quae de atomorum disposi-
 tione et vteriori elaboratione tradit anonymus, Pla-
 tonem et Philonem sapiunt, atque in creatione homi-
 nis cessant sua sponte, quia corpus hominis non ex ato-
 mis, sed ex limo terrae formatum est potentia et vir-
 tute istius, qui יהוה est, et spiraculum vitae insuffla-
 uit hominis naribus. Vtinam anonymus ex capite Ge-
 nese-



neseos secundo didicisset, quae sit $\epsilon\lambda\omicron\upsilon\eta\mu$ significatio in historia creationis Mosaica, certe fictiones suas de angelis atomorum architectis, reiecisset: In hoc capite creator hominis nominatur יהוה אלהים , v. 4. 5. 7. 8. 9. 15. 18. 19. 21, item Gen. III, 1. 8. 9. 13. 14. sqq. Nemo, nisi Iudaeus et Socinianus, nomen Dei essentialie et grammaticae proprium tribui non posse angelis, negat. Quod si igitur idem creator, qui Gen. I, 26. 27. nomine אלהים appellatur, est יהוה , falso asseritur, angelos in creando homine et in consultatione de homine ad imaginem Dei condendo, suas praestitisse Deo operas, nec unquam adstruetur, vocem אלהים his in locis comprehendere simul et Deum trinunum et genios coelestes, quia nomen יהוה אלהים angelos penitus excludit, quippe quae duo nomina per appositionem, ut aiunt Grammatici, non per regimen copulantur. Sit, nomen Elohim $\tau\alpha \sigma\epsilon\beta\alpha\sigma\tau\mu\iota\alpha$, vel naturam supra humanam conditionem euectam denotare, prouti anonymus cum IO. CLERICO, q) aliisue existimat, attamen, quae haec sit natura supra humanam euecta, docet nomen יהוה , nempe sola diuina in tribus personis subsistens. *Impium et blasphemum est*, inquit MICH. WALTHERVS, r) angelos Deo adsociare vel in creatione vel in consultatione, quippe quod utrumque Deo in solidum Scriptura tribuit, Esa. XL, 12. 13. 14. XLII, 5. 6. XLV, 18.

Excludendi igitur sunt angeli consilio illo diuina de homine ad imaginem Dei creando, suo tamen honore non priuandi, quem ipsis non modo propter naturae suae praestantiam atque excellentiam, sed et propter custodiam et tutelam debet uniuersum genus humanum, maxime pii et fideles, quorum in commoda et vtilitatem Deus mittit $\pi\upsilon\epsilon\upsilon\mu\alpha\tau\alpha \lambda\epsilon\iota\tau\epsilon\gamma\mu\alpha$. Ebr. I, 14.

Abstie

q) Art. Critic. Part. II. Sect. I. c. III. §. 7.

r) Spong. Mosaic. p. 13.


41.
4.
29. 4.
30.
31. 4.
33.
34.
35.
36.
37.



Abſit autem omnis ſuperſtitio, omnis vana perſuaſio, omnis fictio, vt ne, dum honorare genios coeleſtes annitimur, eos offendamus et ad iram prouocemus. Ipsi enim Dei creatoris ſui honorem et gloriam vnice quaerunt, aegerrimeque ferunt, diuino cultui ſi quid derogatur, et ſeruis atque creaturis tribuitur, quod Dei eſt, vt ex reprehentione Ioanni ab angelo facta patet: *Θεα μη συνδελος ειμι, και των αδελφων σε των εχοντων την μαρτυριαν τε Ιηου, τω Θεω προσκυνησον* Apoc. XIX, 10. Procul ab omni et Iudaeorum et Papaeorum ſuperſtitioſa angelorum veneratione, ipſum DEVM O. M. inuocemus, CIVES DILECTI, ut Potentiſſimum atque Auguſtiſſimum Patrem Patriae, *Regem et Principem Electorem* noſtrum, angelorum praefidiis tueatur, Sereniſſimo *Principi haeredi* huiusque *Comingi* Celiſſimae atque Liberis Regio Caefareoque ſanguine prognatis, angelos cuſtodes largiatur, omnemque Sarmatiae et Saxoniae Principum gentem beneficio coeleſtium vigilum ſaluam praefter ac incolumem. Quibus precibus ſi DEVS annuet, angelorum exercitus voluntati DOMINI ZEBAOOTH ſemper obſequentiſſimus caſtra metabitur circa patriam et academiã noſtram, ab hoſtium inſultibus ac iniuriis fortiter eam defendet, et mala imminetia omnia et ſingula ita auertet, vt poſt tot tantasque miſerias a periculis liberati tandem cum copiis coeleſtibus dulce iſtud *Επι της Ειρηνης* cantaturi, nomenque diuinum cum angelis pacis, quibus hoc feſto die in ara veſtram beneuolentiam teſtari antiquo ritu ſoletis, ſimus celebraturi.

IN VIGILIIS S. MICHAELIS ARCHANGELI,
 MDCCCLXXII.

WITTEBERGAE, PRELO EPH. GOTTLÖB EICHSFELDI, ACAD. A. TYR.





§. XIX.

Abiuratio de uehementi.

PETRVS IANNONIVS, filius defuncti SCIPIONIS, Neapolitanus, aetatis annorum 66, personaliter in iudicio constitutus, genui-
 ter in Fratrem multum Reu. Vicario generali S. officii Taurinen-
 sis, quos habens SS. Euangelia, quae propriis manibus tango,
 semper crediderim, nunc credam, et auxiliante Deo sem-
 per sim crediturus id omne, quod S. catholica Apostolica
 ecclesia statuit, credit, praedicat et docet. Sed quia a S. of-
 ficio meo valde suspectus fui iudicatus, quod libros praelo com-
 multa alia scripta composuerim, digna graui censura, sci-
 entiam regni Neapolitani ciuilem, doctrinis refertam propo-
 sitionibus falsis, temerariis, scandalosis, calumniosis, S. sedi et reli-
 gionis; quod MSCtum contra P. FELICEM Iesuitam euulga-
 to *Professione di fede*, qui meam historiam impugnat, vt
 in mea comparitione; quod Venetiis opus sparserim sub ti-
 tulo PERVNTINI, propositionibus scandalosis, falsis, teme-
 rariis, contra iurisdictionem ecclesiasticam, vt in sponta-
 nea comparitione; quod Geneuae fuerim cum intentione vt vi-
 deam, prosequendi Vtomum dictae historiae; quod varia
 scripserim de excommunicationibus, tam validis, quam inua-
 lidum prohibitionem, vt in spontanea mea comparitione;
 quod scriptum de concubinato antiquitus permisso;
 quod MSCta tenuerim, continentia propositiones contrarias
 vt in spontanea mea comparitione; ideo ego, uehementem
 meam suspicionem sublaturus ex mente fidelium, iustis de
 causis, abiuro, maledico et detestor dictos errores, et ge-
 nerosos et qualescunque errores, fortilegium et haeresin, quae
 contra apostolicae Romanae ecclesiae contradicat, et iuro, me
 neque facturum, neque dicturum quidquam, ex quo talis
 suspicio possit oriri, nec cum haereticis me conuersatu-

E 2

rum